

## T A B L A.

sequi, non obstante quorumuis aliorum cōtradicione. Quoniam sic posse fieri ex his quæ posui in principio huius secundi concessi ostensum est, per iudicata ibi relata & allegata. Hęc ille, in loco allegato.

¶ Dos casos propuestos al Padre Focher a cerca del Matrimonio, y dispensacion. An ultra denunciations bonum erit singulos, qui volunt Matrimonium contrahere [quando contrahunt] interrogare de impedimentis Matrimonij ad videndum, an inter aliquos eorum, sit impedimentum aliquod? Respon. Ad hoc dico, quod in cap. fin. de Clāde. Despon. mandat sic Ius dicens, Presbiteri ultra bana investigent, an sit aliquod impedimentum inter contrahere volentes. Vbi duo sūt notanda. Primum, Sacerdos singulorum, & omnium contrahere volentium debet sigillatim, & seorsum Matrimonia examinare, & investigate, an sit aliquod inter aliquos impedimentum, ut patet ex textu dicti cap. fin. prout nunc est verbis expressum apertis. Secundum, Non de omnibus impedimentis, que Matrimonium impediunt, debet Sacerdos investigare, an inter contrahere volentes sit impedimentum; sed de his tantū, que com